

verum suorum adhuc neminem cognovi et minime curiosus meum negocium ago. librum postremo de eligibili vite genere hor taris dicem mittamque pontifici⁽¹⁾; ludisne amicum an temeritatis mee periculum captas? quis ego ut sic evolem? iam determini 5 navi^(a) sine flatu navem letus agere litus circum remis, nec alto me credi. consilio utor apostoli. non audemus nos inserere aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos commendant⁽²⁾, sed ipsi in nobis nosmet ipsos sumus metientes et comparantes nosmetipsos nobis. illud Socraticum fateor: « scio hoc unum quod nescio »⁽³⁾. at, cum 10 singulis data sit gracia secundum mensuram⁽⁴⁾, glorior, sed secundum mensuram quam mensus est michi Deus, mensuram pertingendi usque ad pedagogiam. igitur imus et obscurus homuncio qua levitate arrogem michi quod suggestis, quasi vero sacrosanctum orbis luciferum oculis adire caligantibus presumptio non extet? 15 preterea cuius id rei gracia? quota namque assistentium adeuntiumque porcio sacram ambit maiestatem una caritate sedentis in trono et non magis propria utilitate? musce quidem mel secuntur, non apes. porro in calce vite quid hactenus sperem vel optem merce verborum, quandoquidem ubique iam sit eloquentie satis? 20 parco reliquum adicere quod Salustius facit⁽⁵⁾. atqui benedictus Deus, quod eo perveni ut descendere nequeam, ac per hoc paucis indigeo et ferme nulla desidero. meque divertisse in huiusmodi artissimam Dalmatici mari latebram valet abunde testari quanti faciam illecebram vanitatis. enimvero siquid loquor aut scribo, 25 Deus testis, qui est benedictus in secula, quod nequaquam humane laudis auram, sed veri premium fructumque consector. cum parva composui, inde participacione contentus ultro latebris fruor. sane librum ope divina, quo anno Venetias migravi, insolitis licet affectus morbis, feci atque perfeci, iamque dudum vocatus et oratus emitti 30 flagrat et strepit, quod minime rebar aurarios nactus^(b). quorum

(a) *Il Sabbadini om. da fam determinavi sino a nulla desidero (r. 22); da enim vero siquid (r. 24) sino a latebris fruor (r. 27).* (b) *Forse meglio nactum*

(1) Accenna alla lettera perduta, non alla precedente, poiché Giovanni ricevette quest'ultima soltanto dopo la morte del papa, come egli stesso dichiara nell'epist. CXIII, p. 301.

(2) Cf. s. PAUL. II Cor., x, 18.

(3) Cf. s. HIER. Epist. LIII, 8.

(4) Cf. s. PAUL. Ephes. IV, 7.

(5) Cf. SALL. Catil. V, 4: « satis eloquentiae, sapientiae parum ».

Ma infine, il V. ha forse voluto scherzare, incitandolo a mandare al pontefice il libro *De eligibili vite generi?*

Non è per lui l'avventurarsi in alto mare; egli segue il consiglio di san Paolo,

e fa sua la confessione di Socrate. Si gloria, sì; ma « secondo la misura del dono », che a lui fu data solo la grazia di far il maestro di scuola.

E a quale scopo invierebbe il libro?

O che cosa bramerebbe ottenerc, lui, vecchio, mercé le sue parole, quando il mondo è già pieno d'eloquenza?

Non si vede in quanto poco conto egli tenga le vanità del secolo dal fatto che si è ritirato a Muggia?

Non per un plauso umano, ma per seguir il vero, compose e portò a compimento quel libretto a Venezia; e, benché faccia baccano, volendo veder la luce,